

52383.

REst. B-275.

SOLENNIA PUBLICA  
UNIVERSITATIS LITTERARIAE CAESAREAE  
DORPATENSIS

ANTE  
D E C E M L U S T R A  
C O N D I T A E

IN DIES XII ET XIII M. DECEMBRIS A. MDCCCLII  
CELEBRANDA  
INDICIT  
RECTOR ET SENATUS.



IN EST  
ANONYMUS MAGLIABECCHIANUS  
A  
LUDOVICO MERCKLINIO  
NUNC PRIMUM EDITUS.

DORPATI

EX OFFICINA ACADEMICA VIDUAE J. G. SCHUENMANNI ET C. MATTIASENI.

MDCCCLII.  
195.

1885

Ex decreto Senatus Academici.

Dorpati d. XIV m. Junii  
a. MDCCCLII.

HAFNER  
Rector Academiae.

SFB  
TRU Sammatukogu  
1631

244408663

**Cum Mirabilibus Romae**, quae monumentorum Urbis saeculo XII superstitem memoriam continent, arte coniunctus est libellus Anonymi cuiusdam ineditus, in bibliotheca Florentina Magliabecchiana asservatus, cuius prima notitia debetur Prellero (*Die Regionen der Stadt Rom.* p. 44. cf. *Schneidewini Philolog.* I, 1. p. 95. 106), qui et aliquoties cum ad quaestiones topographicas adhibuit (*Reg.* p. 118. 217. 244). Eum codicem quum ante hos sex annos Florentiam viderem atque reviserem descripseram in usum meum retinendum. Sperabam enim fore, ut aliquando una cum *Mirabilibus* ederetur ab eo, qui in his multum operae se collocasse publice professus est (*Hall. A. L. Z.* 1846. I. n. 104. p. 830). Quod dum non contigisse doleo, praeter expectationem accidit, ut *Ioh. Geo. Theod. Graessius*, cod. Vaticani n. 3973 auxilio adiutus, *Mirabilia* typis exscribi iuberet (*Beiträge z. Lit. u. Sage d. Mittelalters.* Dresden, 1850). Quare illis quamprimum comitem addere Anonymum me commonesceri passus sum. Itaque hac oblata luculenta scribendi opportunitate, indicenda rite universitatis nostrae, lustrum decimum acturae solennitate, prodeat Anonymus Magliabecchianus, magnificentiae Romanae serum, quidem et exile testimonium, sed litteratorum hominum aut studiis aliquantulum collaturum, aut quod acque in lucris ponendum est, non suspensurum expectationem ulterius.

Codex Florentinus, in bibliothecae catalogo n. XXVIII Anon. 53 notatus, membranaceus, saeculo XV exaratus, foliis constat LJ, formae quam nos dicimus octavam. In fronte nitide picta ornamenta habet, sicuti per totum libellum litterae initiales et capitum singulorum praescriptiones vario colore distinguuntur. In extremo folio verso gentis Mediceorum insignia, globuli sex apparent. Litterarum formae quanquam accuratae sunt, tamen multa librarius vitiosa exhibuit et lectu adeo difficilia. Quorum pauca tantum, de quibus aliunde constaret, mutavimus, plurimis ad codicis fidem expressis. Alter codex, item a Prellero l. l. indicatus, est Venetus, bibliothecae S. Marci, *Append. cat. Mss. Lat. Cl. X.* cod. CCXXXI, chartaceus, forma octava, saeculi XV, qui inter alia inde a folio XXIX usque ad XXXV eundem Anonymum exhibet. Scriptus est negligenter, frequentibus scripturae compendiis, cuius eam tantum partem, quae regiones continet, quum

in itinere festinanti amplius non vacaret, contuli varietatemque lectionis suo loco speciminis causa adiciendam curavi. In fronte adscriptum legitur: *Questo autografo è del 1400 circa.* Idem codex easdem regiones iterum exhibet fol. LXXI—LXXXII, addita praescriptione quae literis maiusculis exarata primam paginam explet: *Iovi | antiquiss | opusculum in | quo omnia | urbis Romae | memoria digna inscribuntur et praesertim ea tempestate quae magis florebat feliciter incipit.*

Scrpsit Anonymus tertio saeculi XV lustro, ut patet ex iis, quae in exordio libelli de civitate Leonina leguntur: *quod nunc Joannes XXIII restauravit et reformavit*, qui Pontifex Maximus Romae fuit inde ab a. 1410 usque ad 1415, et videtur idem homo ecclesiasticus Romanus fuisse, quantum conicere licet ex verbis his: *Ad sanctam crucem in Iherusalem fuit templum Veneris et Cupidinis: de quibus templis non licet me aliter dicere, nec largius extendere: quia non essent dominis presbyteris grata ostensionem, sed legentes Ovidium de fastis possent me habere excusatum in suo volumine tractantem ad plenum.* Totus autem libellus nititur Mirabilium fundamento, ita ut pauca tantum omittat, et quidem ea, quae ex sanctorum historia repetita ad Urbis descriptionem nimia redundant, alia vero addat, quae plurimum eo conferunt, quod locorum et monumentorum veterum appellationes vulgares eius saeculi exhibent atque reliquiarum conditionem situmque significant. Quod quo facilius in singulis cognosci possit, Mirabilium a Montefalconio (Diar. Ital. Paris 1702) et Graessio (l. I.) editorum paginas, ubique collatas in margine adscripsimus. Praeterea regiones Urbis, quae ab illis absunt, Anonymus ascivit, in quibus tamen ad neutram earum editionem totum se applicuit, non praetulit Curiosum urbis Notitiae regionum, quae quidem est Prelleri sententia l. I., sed modo hanc modo illud secutus, interdum quae utrique propria sunt coniunxit. De qua re quae in censura libri Prelleriани disputavi (Ztschr. f. d. A. W. 1848. n. 9. p. 70), nunc repetere nolo, data cuivis comparandi potestate. Sed libentissime eidem v. d. assentior censenti Anonymi libellum medium locum obtinere inter Mirabilia Romae et initia criticae Urbis pervestigationis, qualem Poggius et Flavius Blondus auspicati sint.

**M**urus urbis Rome in circuitu habuit turres CCCLXI. Castella quadraginta novem: propugnacula noningenta et sex. Portas vero primo tres postea duodecim et postea plures: ut patet videre volentibus Transtiberim. De Roma etiam a principio fuit et civitas quae dicitur porticus in almachia non a principio fuit in Roma: tamen addita fuit: et renovata per Leonem papam et postea per Bonifacium quartum: qui postea in castro praedicto mortuus extitit: et per Nicolaum Papam tertium de Ursinis, quando castrum quod tunc temporis Crescentii vocabatur: nunc seti angeli dicitur: et decursum fecit a palatio suo usque ad castrum praedictum: quod nunc Ioannes XXIII restauravit et reformavit unde Roma tenuit a principio a silva arae Apollinis tunc temporis et nunc ut imaginatur sanctus Sabba usque ad supercillum scalarum cale habuit terminos qui ignorantur hodie: in quibus fuit tugurium Faustuli ubi Romulus nutritus fuit a Faustulo et lupa non Laurentia praedicta s. Roma quadrata ad aequilibrium librae positae et parvissimae: sed in ausso ejus reges reparaverunt.

Montef. p. 283.  
Graess. p. 1.

Circuitus tamen ipsius est in totum circa miliaria XXVII s. XXIV altam: et civitas porticae impositae quia a latere sancti Pauli usque ad portam est una alia civitas, a papa Joanne octavo aedificata quae modernis non videtur: et antiquitas pulcherrima aedificata fuit quae tenebant per circuitum miliaria duo et plus aliquantulum: et sic Roma in totum circuit miliaria circa triginta.

Portae principales antiquae urbis fuerunt tres: scilicet Carmentalis Padanaria Tigrelia vel Muğoria. alias vero Tullius Hostilius et alii qui fecerunt civitatem augendo: et montes in ea intercludendo ponunt: et postquam circuitum ipsius expleverunt: et monarchiam ceperunt id est ab inceptioe imperii circa id in gubernationibus venit tanta cupiditas: invidia et avaritia mixta in eis fuit: qui non solum pecuniam et divitias ad se trahebant: sed nomina portarum viarum fororum et aliorum locorum ad eos placidorum et utilium renominabant de novo delendo nomina principalia et primitiva: et ideo nec porta: nec via: nec vicus: nec forum in ea nunc est: ut habeat nomen primum tantum de praedictis, quantum potero conabor exprimere: donec memoria me sufferre poterit et revivere.

Aliae vero portae in totum multae fuerunt per Tullium Hostilium et Anchum Martium constitutae: qui muros quasi omnes muraverunt: quia nec Numa nec Romulus attenderunt ad talia, quia Numa divinis Romulus autem latrocinis attendebat.

M. p. 283. G. p. 1. Appia porta est quae nunc dicitur Accia ab Appio Claudio nominata suis temporibus, ut assuetum erat: ut scribo omnia in eorum magistratu ad eorum velle et habere.

Tigrelia porta est, quae nunc sc̄ti Pauli dicitur a Tigrelio Tarchonis filio: primo in loco: ubi sc̄tus Paulus habitator fuit.

Libera porta est quae diu clausa muro fuit: in qua nullam invenio rem memorabilem: posito quod vulgus dicat quod libera erat exeuntibus de omnibus commissis vel perpetratis.

M. ib. G. ib. Latina porta est illa ubi nunc campaneti: qui Latini magnum tempus vocati fuerunt: et credo Lavicana sit porta: quae nunc major dicitur qua per eam major multitudo populi: qua per alios intrabatur Padanaria porta: sicut de via scribo: sic de porta nullum invenio: nisi quod nunc sc̄ti Joannis porta in Laterano est dicta.

M. ib. G. ib. Taurina porta magnam habet historiam: sed sc̄ti Laurentii est: et propter caput tauri mamuris in ea sculptum intus et extra.

Pompejana porta sancti Valentini dominus quae a Pompejo denominata voluit: ut domus carnalis in eo nomine magnificaretur sed sequentes de domo voluerunt portam: viam: et forum denominatum nomine eorum.

M. ib. G. ib. Lavicana porta est quae nunc dicitur major: sed a Lavicano castro: quod tunc temporis reputationem in capania maximam habuit, et Collina quia colles in faciem habet. Unde Paulus Diaconus \*) et Eutropius \*\*) Scyllam per portam Collinam.

M. ib. G. ib. Numentana porta est quae nunc adhuc denominatur et a Numa denominata extitit, quia Numa natus cujus omnia bona sua cumulavit versus eam: et ideo Numentana dicitur: a Numa et enta componitur Numentana.

M. p. ib. G. ib. Salaria porta et pons Salaris: ab Allia flumine ceperunt nomen: et tenent unum pontem alariorum et non Salarium s. transeuntibus Aliam.

M. ib. G. ib. Flaminea porta est porta populi id est Flaminiorum introitus Cavina porta retro sanctum Sabbam: de qua nihil invenio: sed antiquissimam eam reperio.

### Portae Transiberis et portici sancti Petri s. papae Leonis.

M. ib. G. p. 2. Septignana adhuc porta est: quae per Octavianum denominata fuit: Septignana: quando voluit visitare templum in monte Janiculo reverentia Jani: quia septem vices genuflexit antequam veniret ad templum illud: et ideo septem Jano laudes datae sunt per Octavianum.

Carminia est porta: Portuensis hodie dicta est a Carmenta matre Euandri in reverentia: et per ejus memoriam denominata posteaque Archadius et Honorius tempore Gothorum propter restaurationem transiberim datae devenit primam memoriam et posuerunt eum.

Vitellia et Aurelia portae sunt una scilicet porta sancti Branchatii: nec nomina eorum temporibus a Vitellio: et postea ab Aurelio quomodo denominatae erant per civitates Aureliam unde Aurelius dictus fuit.

\*) s. v. Agonium p. 10. M.

\*\*) brev. h. R. v. 8.

Viridaria est porta sub palatio sci Petri et nunc et semper sic nominata fuit a viridario qui his temporibus erat: nunc prata denominata est.

Melonaria est porta castelli: et quia de herbis ante eam vel viridariis habebantur boni melones: ideo melonaria tunc temporis: et nunc castelli dicitur.

### Viae principales urbis.

Appia via est adhuc nominata s. Accia corrupto vocabulo ab Appio Claudio et ab omnibus Appiis et tempore Proclini et Ursi: qui sanctum Sebastianum fundaverunt: Proclina dicta sunt.

Latina et Lavicana idem sunt scilicet viae portae majoris ab extra qua de Lavicano campanio oppidum famosum veniebant omnes scilicet Latini.

Tiburtina via est sancti Laurentii s. per Tiburnii transitus et sancti Laurentii: quia sanctus Laurentius ecclesia venerabilis invenitur in ea.

Numentana via est ut superius dictum est a more denominationum portae per Numam qui clemens fuit: per quam itur ad eum: in qua via inveniebantur omnia bona Numae regis.

Salaria via est ut superius dictum est a Salario ponte rupto vocabulo qui pons per transeuntes Alliam flumen sanctum denominatum extitit s. pons allarius et transeuntium aliarum: ut supra.

Nova.

Vetus.

Flaminia via est ut superius dictum est via portae Flamineae: et nunc populi denominata est: quia illis temporibus Flaminei veniebant per eam.

Emilia ab Aemilianis a quibus pons Aemilius nomen recepit scilicet per eos factus: vel pro eorum possessionibus Aemiliam transiebant: et ab hoc derivatum bene credo.

Claudia via est ut superius dictum est scilicet Appia Claudio Tiberii: et ab alia domina Claudia denominata.

Francisca via est ut denominatur apud portam Viridariam intus autem palatium sancti Petri strata Francisca vel Ruga Francisca: quam Bonifacius nonus destruxit quando fecit plateam ante palatium suum.

Cornelia via est: ut superius dictum est denominata a Corneliis s. via ante eorum domos: et portam scilicet de la domina: quae sancti Valentini adhuc dicta est, et Cornelia fuit: et etiam in ipsa porta ecclesia adhuc sancti Valentini est.

Aurelia via est superius dicta ab Aurelio Comodo et a civitate Aurelia juxta cerviternii hiis temporibus constituta: per quam ibant ad eandem civitatem.

Campana via est ut supra dictum est de Lavicana porta: unde campaneti transiebant: et adhuc transeunt.

Tigrelia via est, ut superius dictum est, via sancti Pauli a porta Tigrelia per Tigrelium Tarchonis filium denominatum: qui primus habitavit loca sancti Pauli majoris.

Carminea via est, ut supra dictum est a Carmentale porta: quae Portuensium vel Portese dicitur ad portum transiens et Carmineam: et Carmenta matre Euandri quae suo nomine et revèrentia denominatur.

Ardeantia.

Cassia.

Symira.

Sacra -via est secundum Suetonium\*) portae majoris veniens ad colossum per quam itur ad templum Romuli: quod hodie pacis dicitur: et descendebat in forum publicum tempore bono: quod puto fuit inter sanctum Cosmam et Damianum: et sanctum Adrianum.

### Triumphales arcus marmorei urbis.

M. p. 285. G. p. 2.

Arcus aureus marmoreus triumphalis qui fuit ad sanctum Celsum et Julianum sub campanile dictae ecclesiae: qui non apparet: quia cecidit tempore Urbani quinti vetustate diruptus factusque Julio Caesari de conquestu Galliae in suo reditu et triumpho: in quo reditu mater ejus mortua fuit: et in funere ipsius ipsemet voluit sermonem facere ad declarandam mentem: unde ipse Caesar natus et mater. (?) id est ex parte patris a Julio Ascanio: et de matre ab Ancho Martio quarto Rege Romanorum.

M. ib. G. ib.

Archus Theodosii et Valentiniani est inter mercatores ad sanctum Ursum de quo epitaphium diruptum est: tamen archus est sanus: sed non marmoreus.

Archus triumphalis marmoreus quem senatus fieri fecit Octaviano quando voluit populus et Senatus ut deus adoraretur: ipse est in via Appia contra dicta porta: cujus memoria vix apparet respectu magnificentiae in eam ornatus. et juxta ubi fuit templum Martis et clivus Martis ad castrum Griffoli.

M. ib. G. ib.

Archus triumphalis marmoreus qui dicitur detrasi coram colosso in via per quam itur ad sanctum Gregorium fuit factus Constantino Imperatori urbis Flavo et fundatori quietis ut in eo apparet in epitaphio ut dicitur detrasi: quia in transitu viae est.

M. ib. G. ib.

Archus triumphalis marmoreus qui dicitur septem lucernarum ad sanctam Mariam novam infra Palatinum et templum Romuli fuit factus Tito et Vespasiano in forma candelabri Moysi id est cum septem brachiis: quando de Iherusalem portaverunt sudarium: et multa alia magnifica: esitagium adhuc videtur: quorum corpora sunt ut dicitur in sancto Sabba Quirinalis montis sepulta in contra marmorea: juxta chorum dictae ecclesiae.

M. ib. G. ib.

Archus Iulii Caesaris et senatorum triumphalis marmoreus pulcherrimus et bene ornatus fuit inter equidem et templum fatale: cujus archus non est memoria nec in alio locus paret, promptus propter vetustatem et magnam temporis longitudinem.

Archus laterum parvus in via trium columnarum et sanctae Mariae de la gratia: et sanctae Mariae del inferno vetustate collapsus in memoria fuit factus per Romulum tempore praedae mulierum Sabinarum: et pacis post guerram secutam inter Romanos et Sabinos: quia in illo loco fuit facta contractio pacis et secuta inter eos: et non fuit magni dispendii: quia fuit de tuguriis Romuli tunc temporis.

M. ib.

Archus triumphalis marmoreus ante sanctum Martinum ubi dicitur le brache

\*) Caes. 48. Vitell. 47.



sub capitolio a latere sancti Adriani fuit factus Lucio Septimo Marco Aurelio et Antonio pio promptus multa per eos facta in urbe: et etiam extra in propagatione populi: ut in eo epitaphio apparet in ipso archu juxta Martem fori quod vulgariter dicitur Marfuoli.

Archus tropholi triumphalis marmoreus factus Druso Germanico de gestis M. p. 235. G. p. 2. per cum in Germaniam factis qui est juxta sanctum Laurentium in Lucina versus Aug. Imperatorem id est Lausca vulgariter: satis diruptus: nec in eo epitaphium non remansit: sed cum diformatione transivit posito quod de figuris et de magnificentia aliqua vestigia adhuc appareant: et dicitur archus tropholi corrupta: sed archus trophoeus idem est dicere quod triumphalis.

Archus triumphalis marmoreus qui dicitur de Tosectis satis diruptus est: po-M. ib. sito quod aliqua vestigia videantur et pars etiam epitaphii tum fuit facta Antonino promptus magnam reverentiam: quam populus ejus habuit in eum vetustate et incendio et ruina urbis quasi consumptus est: quia Antonius praedictus vocatus fuit ab omnibus delitie populi: et litterae aliquales de suo epitaphio sunt in eo: sed sine constructione.

Archus Dioclitiani triumphalis ubi dicitur Carrili est prope sanctum Marcum M. ib. G. ib. ubi sancta Lucia matrona pro fide Christi cruciata fuit ab ipso Dioclitiano: qui ut dicitur si sic fuit dum posuit manum ille qui cruciabat eam s. beatam virginem statim lapis factus est et manus carnea et vulgariter manum carne id est Carrili non habet epitaphium.

Archus panis aurei fuit triumphalis marmoreus in Capitolino monte: de quo M. ib. G. ib. non invenitur vestigium nec apparet per magnum temporis lapsum et ruinas: nec locus potest imaginari ubi fuit factus.

Archus triumphalis marmoreus de quo patet adhuc satis: sed epitaphium ruptum est inter domos magnae cucie et domini Petri Leonis ante portam Fabricum id est Iudeorum fuit factus Flaminio consuli quando.

Archus Faustinae et Antonini triumphalis et marmoreus et nobilis fuit juxta sanctam Sabinam: cujus memoria invenitur. factus fuit per senatum in memoriam rerum factarum per dictam Faustinae et non Faustinam praedictam sororem divi Antonii.

Archus Titi Quinti Crispini et Publii Lentuli triumphalis et marmoreus qui est sub capella seti Thomae montis Sabellorum in via per quam itur ad scholas Graecorum ubi nunc est ecclesia sanctae Mariae fuit satis pulcherrimus factus per senatum in quadam restauratione per eos in rebus urbis facta ut in epitaphio apparet: quod adhuc est in eo.

Alius archus triumphalis apud sanctam Mariam in scholis Graecorum sed non marmoreus factus fuit pulcherrimus: sed deformatus satis fuit.

Archus marmoreus triumphalis juxta theatrum Pompeii fuit pulcherrimus factus Tiberio per senatum de quo mor. memoriam haberi: quae semper Tiberius mero vocatus extitit ipse Tiberius: et propter vetustatem et partes. tunc temporis Rome et male tractationis Gregorii tunc temporis et vetustatem: non est qui de eo aliquid sentiat nisi legendo: et nota multa istarum nobilitatum beatus Gregorius fecit destruere pro aedificatione ecclesiarum et descendendum ex eo: et subcedentis presbyteri.

M. p. 285.

Archus Pietatis ad sanctam Mariam rotundam triumphalis est versus ubi est hospitale juxta Magdalene et Baentium diformatus murus fuit: ubi historia Imperatoris cum pauperula, cui filius Imperatoris praedicti interfecit filium viduae et memoria deleta est et epitaphium: et archus satis diruptus est et fractus.

Archus marmoreus triumphalis in platea pontis sanctae Mariae qui pons senatorum vocatur: et fuit factus cuidam Augusto pontifici maximo et senatui consulto propter multa quae ipse restauraverat in urbe: et ponte senatorum at posito ut memoria ejus adhuc appareat in epitaphio.

Archus Titi Claudii Drusi marmoreus fuit et triumphalis pulcherrimus fuit inter sanctam Sabinam: et sanctam Priscam factus eidem Tito Claudio propter multa per eum facta in urbe: et extra in restauratione decursum aquarum cursiae et Carculeae et Animis novae et aquae virginis id est trivii forma propter vetustatem et incendia urbis non dicitur ubi inveniatur.

Archus triumphalis marmoreus juxta sanctum Gregorium vellii aurei ut et fuit factus Lucio Septimo Antropio et Marco Aurelio per partes contra certos latrones: qui intus Romae omnes depredabantur.

#### Ii sunt montes principales urbis Romae.

M. p. 284. G. p. 2.

Mons Quirinalis ubi nunc est ecclesia sanctae Sabbae: qui primus habitatus fuit.

M. ib. G. ib.

Mons Caelius ubi nunc est ecclesia sancti Stephani: et hospitale sancti Thomae in formini.

M. ib. G. ib.

Mons Aventinus ubi nunc est ecclesia sanctae Mariae et sancti Alexii: et sanctae Sabinae.

M. ib.

Mons Tarpejus vel Capitolinus ubi nunc est Capitolium: mons Palatinus: ubi nunc est palatium maius: et ecclesia sancti Caesarei.

M. ib. G. ib.

Mons Exquilinus ubi est ecclesia sanctae Mariae Maioris: et thermae Dioclitiani.

M. ib. G. ib.

Mons Viminalis ubi est ecclesia sanctae Agathae in quo Virgilius captus a Romanis ivit Neapolim: et ideo mons monopoli dicitur.

M. p. 283. G. ib.

Mons Ianiculus est trans Tiberim supra portam Portuensem idest Carmentalis porta non est de septem montibus urbis: tamen memorabilis et honore dignus.

#### Regiones urbis Romae.

Regio 1. portam Capenam continet, arcem testarum: aedem Honoris et Virtutis, Camenas, Lacum Promothei, Balneum Torquati et Vespasiani, Thermas Severinas et Commodianas, aram Apollinis et Splenis et Cales, Vicum Vitriariorum, arenam panariam, oratorium Caesaris, Balneum Volimani et Mamertini, Arenam Carucae, Biclinium Ascanii et Antiochiani, Aedem Martis Minervae et Tempestatis,

---

Cod. Ven. R. 1. Capancam — pomariani — Caesaris — Voliani — mamertini — arenā cūlute — edem —

Flumem Amonis, Arcum Divi Veri patritii, et Divi Troiani et Drusi. Vicos X et Aediculas X, vicomaistae quadraginta novem, curatores duos, insulas mille et ducentas quinquaginta, balnea octuaginta septem, lacos octuaginta unum, pistrina viginti. Continet pedes mille ducentos et undecim.

Regio 2. Caelium montem continet templum Claudii, Macellum magnum, Lupanar, Antrum Cyclopi, Cohortes vigilum quinque, Castra peregrina, Caput Affe, Arborem scapum, Domum Philippi Vitellianam domum Lugduni Mactotinum et Gallicum, Spoliarium Samariae et Armamentarium, Micam Auream. Vicos VII, aediculas VII, Vicomagistros XL, Curatores II, Insulas mille et trecentum, Lacus sexaginta quinque, Pistrina XV. Continet pedes duo milia ducentos viginti.

Regio 3. Continet domum Isidis et Serapis et monetam et Amphitheatrum quod capit loco in illo ducentos octoginta septem, Ludum magnum et Datium, Domum Bruti Praesentis sanum: coratum, Lacum Pastorum, Scholam Luū questorum: et dapatorum, Thermas Titianas, Porticum Libe, castrum Misenaticum, Vicos XII, Aediculas XII, Vicomagistros XLVIII, curatores duos, mille ducentas sexaginta domos et septem, centum sexaginta horrea, decem et octo balnea, octoginta lacus; sexaginta quinque pistrina: decem et novem continet pedes XII CCCL.

Regio 4. Continet Templum Pacis, Porticum associata auro vlgari aream buerū, Apollinem Sandalarium, Templum Telluris, Horrea Castra vigilum sororum, Colossum altum pedes CCXII. habens in capite septem radia singula pedum viginti duorum et metham sudantem, Templum Romae et Veneris, Aedem Jovis Statoris, Basilicam Constantinianam, Templum Faustinae, Forum transitorium, Sub vera, Balneum Dafnidis. Vicos VIII, Aediculas novem, vicomagistros duodequingenta, Curatores duos, insulas octo milia quadraginta septem, domos centum triginta octo, horrea XVIII, Balnea quindecim, Lacus octoginta octo, Pistrina XV. Continet autem pedes decem milia.

Regio 5. Esquilinas continet cum turri et lacu Orphei et Macellini luū statum nymphaeum, Cohortes duas Vigilum, lunam staturam: Hortos politianos,

---

et flumen — patricii — dursi — vicomagū — insule II. CCCL CXX domos — continet autem.

R. 2. Celio monte — lupanarium — cyclopi — coortes vigilum — pegrina — capt alte — victigalianam — mattolinum — armanientarium — auream om. — vici — insule — IDCCC°.

R. 3. Isideris et seraphis — anphiteatrū — loca CC°LXXVII — pñtis — sanū — scola livie questor et dapator. — tmās — libie — edicule XXIII — curatores duos insilvas IIDCC°LXVII.

R. 4. assodatnm — auro vulgam — buernū — Apolinem scandalarium — teluris horea — ungilium — templum et veneris — cōstātīmānā — daphinis — ediculas — iusulas IIDLVII — pedes XIII.

R. 5. Exquillas — cūtors — lacum — macellū lunā senti nymphaeum — coortes II virgilium luci stuta et amōtos palatianos —

Herculem Syllanum, Amphiteatrum castrense, Campum humanalem subagro Minervae: Medicam et fidem patriam: Vicos XV, Aedículas XV, Vicomagistros XLVIII Curatores II, insulas octo milia trecentas quinquaginta, Domos CLXXX, Horrea XXII, Balnea sexaginta quinque, Lacus octoginta octo, Pistrina XV. Continet pedes tresdecim milia.

Regio 6. Altam Semitam continet Templum Salustii et Serapis, Templum Fori, Capitolium antiquum, statuam Mamertinam vel Amoris, Templum di Quirini, Malum Punicum, Hortos Salustianos, Gentem Flavam, Thermas Dioclitianas et Constantinianas X Tabernas, Gallinas albas, Archam Candidi, Cohortes III vigilum, Vicos XVII, Aedículas XVII, Vicomagistros quinquaginta septem, Curatores II, insulas mille CCC tres, domos centum sexaginta septem, Horrea XVIII, Balnea LXXV, Lacus septuaginta duos. Pistrina XVI. Continet autem pedes quindecim milia.

Regio 7. Continet Viam latam, Lacum Ganymedis, Cohortes primorum vigilum, Circum novum, Miseum Jovis, Aediculam Caprariam, Campum Agrippae, Templum Solis et Cathedrae, Porticum Gissium, Templa duo nova Spei et Fortunae, Equos Tiridatis Regis Armeniorum, Forum Suarium, Hortos Largianos, Mansuetos Lapides: percussos vicos: quindecim edículas: quindecim vicomagistros quadraginta octo, Curatores II, insulas mille et CCC quinque, Domos CXX, Horrea XXV, Balnea LXXV Lacos LXXVI, Pistrina XVI. Continet autem XV DCC.

Regio 8. Circum flamineum continet Stabola quatuor factionum, Porticus Philippi Maniti duos et ventrem frumentarium: griptam Balbi, Theatra tria imprimis Balbi, quod capit loca triginta et octoginta octo, Marcelli capit loca XVII DLXXX; Pompei capit loca XXII DCCCLXXXVIII, Odium capit loca XIDC, et Campum Martis Tigranium, Ciconias insas, panteon, basilicas Neptuni Matidies et Marciani, Templum Divi Antonii et Columnas totidem altas pedum CLXXV habentes gradus intus CCIII, fenestras sexaginta sex, Hadrianum, Thermas Alexandrinas et Agrippinas, Porticum agonagotarum et Meleagristum, Issium et Serapim, Minervam Chalcidicam, Divorum, Insulam Felicles vicos XXXV, Aedículas XXXV, vicomagistros XLVIII, Curatores II, Insulas mille et centum septem: octoginta octo: domos CXL, Horrea XXV, Balnea sexaginta sex Lacos CXX, Pistrina XX. Continet pedes XXXIIID.

I sidem patriam — edículas — insulas  $\overline{\text{MDCCCV}}$  — pistrini.

R. 6. Continet altam semitam — seraphis — fore — mameri . . . ut amoris templum dei qni — ortos — constantinianas — coortes — vigilium — edículas — vicomagri XLVII — orea — aut pedes XV DCC<sup>o</sup>.

R. 7. ganymedis — coortes — virgillum — nonum — ediculum — et caerea — gissiana — tigridatis armimorum — ortos — insuales MDCCCV<sup>o</sup>.

R. 8. Continet arcum flamineum — porticum — manitias II — criptam — loca XIDX. — pompeii quod capit loca  $\overline{\text{XXII DCCCLXXXVIII}}$  — campum — ciconias insas panteon — matidias — colupnam — altam — abentem — Hadrianum om. — argonagotarum — meleagristum — ussium et seraphium — insula — edículas — vicomagi XLVII — continet aut.

Regio 9. Continet Forum Romanum Magnum, Rostra ingentia Pi Ri, Senatum aureum, Equum Constantini, Senatum, Atrium Minervae, Forum Caesaris Augusti, Traiani, Templum Divi Traiani et columnam altam pedum centum octoginta quinque, Cohortes sex vigilum, Basilicam argentariam, Templum Concordiae et Saturni: Vespasiani et Titi, Capitolium Miliarium astrorum aureum, vicum Tugurium, Graecostadium, basilicam Juliani Minervae et Vestae, Horrea Germanici et alia Agrippina, Aquam cernentem in clivos caveras sub aede, Atrium Cachi, Vicum Iugarium et vicum unguentarium, Greco stadium, Portum Margaritarium, Herbarium elephantum, vicos triginta tres, aediculas XXXIV, vico magistrorum XLVIII, Curatores II, Insulas mille CCC octoginta, Domos CXXX, Horrea XVIII, Balnea LXXXVI, Lacos CXX, Pistrina XX. Continet autem pedes quatuordecim milia et sexaginta septem.

Regio 10. Continet Palatium Magnum et casam Romuli Aedem Martis et Apollinis Samnisi, Pentapoliniam domum Augustianam et Tiberinam, Auguratorium, Aram Palatinam, Aedem Jovis Victoris, Domum Dionysii, Curam Veterem, Fortunam Respicentem, Septinzomiam dii Severi, Victoriam Germanicam, Lupercal. Vicos XX, Aediculas XX, Vicomagistros XLVIII, Curatores II, Insulas mille CCC, Domos centum triginta, Horrea decem et octo, Balnea octoginta quinque, Lacus centum viginti, Pistrina XX, Continet autem pedes quatuordecim milia et sexaginta septem.

Regio 11. Continet circum Maximum, qui capit loca trecenta octoginta quinque, continet autem Templum Solis et Lunae, Aedem Matris Deum et dei Jovis arbitrares, Duodecim portas, Templum Mercurii caelum respiciens, Herculeum Olivarium, Velabrum, Scortinium, Arcum Divi Constantini. Vicos XIX, Aediculas XIX, Vicomagistros quadraginta novem, Curatores II, insulas IIDCL, Horrea decem et octo, Balnea XV, Lacos LXXXVIII, Pistrina XVIII. Continet pedes XI D.

Regio 12. Continet piscinam publicam, Aram Radicariam, Viam Novam, Fortunam Mammosam, Isidem Annoclarium, Aedem Bonae Deae subsaxane clivum Delfini, Thermas Antoninianas, Domos Sparthorum septem, Campum Lanatarium, Domum Cilonis, Cohortes vigilum quatuor, Domum Carnificis, insulas mille CCC octoginta octo, domos tresdecim, et centum horrea viginti, balnea quadraginta quatuor. Continet autem pedes X milia.

---

R. 9. gentium — senatus — Caesaris om. — colūpnam — coortes — virgilium — templum coētia — tigurium — greostadium — templum astrorum minervae — agrippine — clivos cavos subede — vicum Iugarium vicum — balnea LXXXV.

R. 10. dei — pentapolin — edem — eūam — dii Severini — insulas ICCCC<sup>o</sup>XVII — domos LXXXVIII — balnea om. — lacus LXXX.

R. 11. arcum — continet autem templa martis et dei iovis — arbitraōrs — celum respicientem — velabrium — vico — ediculas — continet autem pedes XI.

R. 12. antenodarium — bone de subsassane — coortes virgilium — Cōnificis privata Adriani vicos XVII, ediculas XVII, vicomagistri XLVIII, curatores II.

Regio 13. Continet Aventinum et Armilustrium, Templum Dianae et Minervae, Memphantina, Thermas Syras et Docuas, Doloceum, Privata Traiani, Mappam auream, Plateas, Horrea Galbae et Anicemrana, Porticum Fabariam, Scalam Cassii, Forum Pistorum. Vicos triginta quinque, aediculas triginta quinque, Vicomagistros XLVIII, Curatores II, Insulas mille CCCC octoginta octo, Domos centum sexaginta duas, Horrea XXXV, Balnea sexaginta quatuor, Lacus octoginta tres, Pistrina XX. Continet autem pedes decem et octo milia.

Regio 14. Continet Transtiberim, Gaiarium Frigianum, Naumachias et Vaticanum, Hortos Domitianos, Janiculum, Mobinas, Balneum Anfelidis, Priscidiani Scotuani, Statuam Valentinianam, Septem cohortes Vigilum, Caput Gorgonis, Fortis Fortunae, Coriariam, Septimanam, Herculem cubantem, Campum Bruntianum, et Contentanum, Hortos recte, Castra Lecticariorum. Vicos octoginta novem, aediculas octoginta novem, Vicomagistros quadraginta novem, Curatores tres, mille CCC quinque domos centum quinquaginta horrea XXII, Balnea octoginta quinque, continet autem pedes triginta tres mil. CCCC triginta octo.

Bibliothecas Romae publicas viginti quatuor.

Oheliscos quinque s. in circo Maximo prisci duo, minor est longitudinis pedum octoginta octo, maior vero pedum centum viginti duorum in Vaticano aliud pedum septuaginta duorum, in Mausio Augusti duos altos singulos pedes quadraginta tres.

Pontes — Aurelius, Tarpejus, Palatinus, Esquilinus, Vaticanus; Janiculensis, non omnes mutasse plena nomina s. aelius emilius alius moles Adriani et scti Petri Alius pons Neronis et palazzolae. Alius ruptus tremulus canicularius et Aurelius: alius Fabricius et Iudaeorum, alius Gratianus, alius Senatorum et sanctae Mariae et alius Sulpitius marmoreus et Horatii Coelis.

Campi octo, Viminalis, Agrippae, Martis, Contentanus, Octavius, pecuarius, Lanatarius L. Brumarius.

Fora undecim s. Romanum Magnum, Caesaris Augusti Nervae Traiani Achenoballi Boviarium, Piscorum, Gallogum, rusticum.

Basilicae decem s. Julia, Ulpia, Pauli, Vestiaria, Neptuni, Matidies, Martianes, Vastellaria, Floscolaria, Constantiniana.

---

R. 13. armilustrinum — nymphateria — thermas suas et decimas — doloceum — auream platōr — Galbe 1 anicētrana — ediculas.

R. 14. et ortos — priscidiane statuam — cohortes vigilium — coriariam — brutianum — ediculas om. — vicomgri — insulas IIIICCCV.

Bibliothecas — quatuor om.

Marco maxio alium altum pedum LXXVI — augusti siglos.

Pontes VIII elius — nota omnia inutassa plura nora — aemilius — canicularius om. — iudeorum — sulbitius — marmoreus oratii.

Petuarius.

Augusto nerve — achenoballi — bovariū pastorum — rusticorum.

Floscolaria om.

Thermae decem s. Traianae, Titianae, Agrippinae, Curianae, Commodianae, Severianae, Antonianae Alexandrinae Decianae Constantinianae.

Aquae decem et novem, s. Traiana, Amara Attica, Martia, Claudia, Herculea: cerulea, Julia, Augustea, Appia, Argentiana, Ciminia, Sabbatina, Aurelia, Damnata, Virgo, Tepula, Severiana, Antoniana et Alexandrina.

Viae viginti octo s. Traiana, Appia, Latina, Lavicana, Tiburtina, Salaria, Numentana, Hostiensis, Laurentiana, Ardeatina, Setia, Tiberina, Quintia, Cassia, Gallica, Cornelia, Triumphalis, Pantinaria, Asinuria, Cionina.

Capitolia duo, Circi duo, amphitheatra duo, Colossi duo, Collinae coelides duae, Macella duo, Theatra tria, Ludi quatuor, Naumachiae quinque, Nymphaeae undecim Equi metalli deaurati duodecim, Dii aurei octoginta, eburnei sexaginta quatuor, Arcus marmorei triginta quatuor, ediculae CCCXXXIII Vicomagistri sexcenti septuaginta tres, curatores XXIX, insulae in totum XLVI milia et sexcentae. Domos continet mille septingentas nonaginta VII, Horrea ducenta nonaginta unum, Balnea nonnigenta quinquaginta sex, Lacum unum, puteos CCC quinquaginta duos, officinas piscarias ducentas quadraginta quatuor, Lupanaria quadraginta quatuor, Latrinas publicas centum quadraginta quatuor, Cohortes praetoriae X, urbanae novem, Vigilium septem similes viginti unam quorum sunt excubitoria quatuordecim, Vexilla communia duo, Castra equitum singularium duo, Peregrinorum, Misenantium, Ravennatum, Tabelliorum, Ticariorum Victimariorum, Filicariorum, Mensae oleariae quatuor milia et CCC.

#### Thermae urbis Romae.

Thermae Antonianae ad sanctum Sixtum et Nereum et Archileum. M. p. 285. G. p. 3.

Thermae Dioclitianae supra sanctam Mariam Maiorem versus portam de la M. ib. G. ib. domina.

Thermae Tiberianae sunt retro sanctam Susannam: vetustate diruptae. M. ib. G. ib.

Thermae Flavicianae.

Thermae Olympiadis sunt in monte ubi hodie sanctus Laurentius panis M. ib. G. ib. sperna stat.

Thermae Maximianae sunt: ubi hodie est sancta Prisca. M. p. 286. G. ib.

Thermae Agrippinae sunt retro sanctam Mariam rotundam a latere portae M. ib. G. ib. cariorum.

Thermae Alexandrinae sunt retro sanctam Mariam praedictam a latere sancti M. ib. G. ib. Eustachii.

---

Sirinae, comedianae.

Actica — Tullia — Apia — sabbatina — alexandriana.

Apia — Lav. penestrina, Tib. — numentana Claudia Valeria annia Aurelia Ardeatiana — partinaria.

Anfiteatra — colosi — metallici — CCCXXXIII — XLVI. DCII — lacus. 1. — latrinae publicae — sanites — misenanticum — ravennantium.

- M. p. 285. G. p. 3. Thermae Domitianae sunt ante sanctam Susannam.  
Thermae Constantinianae sunt super sanctos Apostolos in loco ubi nunc est domus Corneliorum: quae dicitur deli cavaleri iuxta mensam.

Palatia urbis Romae.

- M. p. 284. G. ib. Palacium maius fuit in monte Palatino: quod hodie palazo maiore e dicto.  
M. ib. G. ib. Palacium Severi Afri fuit apud septem solia prope sanctum Gregorium in clivo tauro.  
M. ib. G. ib. Palacium Claudii Tiberii fuit retro sanctam Susannam et vim pariet.  
M. ib. G. ib. Palacium Constantini fuit in Laterano: ubi nunc est sanctus Ioannes baptista.  
M. ib. G. ib. Palatium Velosiani fuit.  
M. ib. G. ib. Palatium Traiani fuit ubi nunc est sanctus Basilius cum oratorio suo: et triumphali arcu.  
M. ib. Palacium aliud Constantini fuit in Laterano: ubi nunc est sanctus Ioannes in la mesa apud sanctos Apostolos.  
M. ib. G. ib. Palacium Romuli fuit retro templum Pacis: et ibi fecit duo templa scilicet Pacis et Concordiae.  
M. ib. Palacium Salustii Camilli fuit ubi nunc dicitur Pinci: et in ea adhuc est sala Salustii.  
M. ib. Palacium Caesaris fuit in via sacra et dicta via ut puto fuit via Merolanensis supra quam viam adhuc sunt le cappoccie vulgariter dictae: quae ut creditur eius fundamenta palacia fiunt ibi iuxta carnos: quae la carnara dicuntur vulgariter.  
M. ib. G. ib. Palacium Pompei fuit in campo Florae vel deae florum: et in sacro vulgariter nominatur.  
M. ib. G. ib. Palacium Titi et Vespasiani fuit inter caput bobis: et sanctum Sebastianum.  
M. p. 284. G. ib. Palacium Octaviani fuit: ubi nunc sancta Maria araceli: et vocatus est locus ferferus: quia ibi fuit templum Jovis feretrei: ad quod Romulus primus spolia suspendit.  
Palacium Scipionis fuit in caballo in via Cornelia: quod apparet adhuc.  
Palacium Tarquini superbi fuit in Esquilino monte iuxta dium pallacium.  
Palacium Antonini fuit iuxta pontem ruptum: et sanctam Mariam in caterine.  
Palacium Alexandri fuit ad thermas Alexandrinas.  
Palacium Neronis fuit in palazolo supra sanctum spiritum in' saxia.  
Palacium Flamini fuit: ubi nunc domus magna luciae.  
Palacium Camilli fuit ubi nunc est arcus Camiliani retro Minervam.  
Palacium Appii Claudii fuit iuxta montem de acceptis in campo Martio.  
Palacii Capitolii adhuc patent vestigia: et posito quod multas condiciones mutaverint: tamen satis representantur: sed templa et alia quae in eo fiunt taceamus per nunc: sed dicam inferius. posito quod in ruina totum iam divisit: sed volo tacere. Verbum autem per Cassiodorum\*) dictum ubi facit mentionem de septem

\*) Var. VII, 15.



maioribus aedificiis mundi: qui in fine ponit quae mirifica Romae et excelsa Capitolii inextimabilia nomina fuisse: et in suo conceptu ignorat dare figuram nec terminum.

Pontes Romae rupti et sani: nomina et loca eorum ubi sunt positi. *M. p. 284 G. p. 5.*

Pons Aemilius id est ponte molle. *M. ib. G. ib.*

Pons Adrianus id est pons sancti Petri: vel sancti angeli vulgariter dictus. *G. ib.*

Pons Neronis id est pons ruptus ad sanctum spiritum in Sassia.

Pons Ianicularis id est p. ruptus vulgariter nominatus et tremulus et Antoninus.

Pons Fabricius id est pons Iudei a quodam Lucio Fabricio factus vel restauratus. *G. ib.*

Pons Gratianus id est pons turris vel pulzellae vulgariter nominatus. *M. ib. G. ib.*

Pons senatorum id est p. sanctae Mariae vulgariter nominatus. *M. ib. G. ib.*

Pons Sulpitius id est pons in Aventino iuxta ripam Rimeriam ruptus est et marmoreus: et Horatii Coelis: ut in historiis patet.

Bibliothecae quae fuerunt in urbe fuerunt viginti octo. ebore: vitro et aere mirifice ornatae: quorum memoriae et vetustate et incendiis urbis non reperiuntur.

Haec sunt aguliae quae erant in urbe et ubi et quomodo et per quam causam: et quorum ornamentis.

Duae magnae millae centum duodecim pedum: alia octoginta steterunt in *M. p. 294.* circo prisci Tarquini mirifice posita: ubi nunc horti sunt caulium.

Alia vero minoris longitudinis posita fuit in Vaticano cum cineribus duorum Imperatorum s. Octaviani et Tiberii.

Alia vero fuit pedum quinquaginta: quae postea fuit in Mausiole in Pinzi prope portam Salariam et stat rupta in terra in quodam canneto: ubi a principio fuit posita coram suo pede.

Alia vero fuit posita in foro maiori sub Capitolio a latere sancti Adriani: *M. p. 290.* unde per viam sacram intrabatur per eam: et ibi cum cinere et ossibus Iulii Caesaris posita fuit et fuit quadraginta pedum cum stella in vertice: propter quod in illis diebus mortis Caesaris apparuit stella comata quae visa fuit ab omnibus: ut Suetonius \*) ait animam Caesaris esse in caelum ascensam.

Alia vero posita fuit in circo capituli bobis: qui fuit spectaculum ut dicitur Titi et Vespasiani: et jacet fracta coram suo pede: et pes ejus elevatus est a terra.

Alia quae nunc fracta in sancto Mauro. puto postquam secundum apparentiam alicujus tituli ibi stat quod fuit illa in foro: ubi cinis et ossa Caesaris steterunt quia longitudo quasi apparet cum illis aliis tribus petiis circa ipsam existentibus: et de loco ubi ipsa nunc stat nullum aliud dicitur nisi quod vulgariter dicitur schola Bruti.

Alia maxima omnium remansit cooperta ruinis: et est in circo praedicto: et laboratores cum palangis saepius reveniunt eam.

\*) Caes. 88.

M. p. 290.

Columna Traiana et Antoniana de numero dictarum agularum fuerunt, quae adhuc apparent videlicet de Traiana secundum epitaphium quod est in ea.

Una similis alii in altitudine et pulchritudine fuerunt et graduum et fenestrarum et grossiaci: nisi quod illa Traiana s. nova fuit majoris gesti et minorum figurarum: et ideo videtur pulchrior: quia magis nova alia vero antiquior: et praenimia vetustate incendioque non potest bene videri.

Numerus graduum specierum est ducentorum viginti octo: altitudo pedum est centum triginta octo fenestras parvas s. spiracula quadraginta quinque et quaelibet pars sic est.

Una fuit facta Trajano Vulpio Hispano qui rexit annis decem et novem mensibus quinque et corpus ejus sub dicta columna fuit positum et est ita sancti Nicolai sub militia dictum est: palacium Nervae cum duobus foris a primordio sui: quia Nerva Trajanus ibi post mortem Trajani praedicti semper mansit.

Alia fuit facta Antonio pio: qui rexit annis viginti duobus et mensibus duobus. Corpus ejus sub dicta columna in simili modo positum fuit.

M. p. 290. G. p. 9.

Coliseum id est colossum graece, latine rotundum amphitheatrum nominatur id est templum Solis fuit altitudinis pedum centum et octo in longitudine rotunditatis fuit passuum mille arcorum fuit centum quinquaginta: posito quod Suetonius\*) dicat maioris situs fuisse et a Nerone Imperatore constructum bis. primo transitoriam: et postea auream nominatum et mirifice constructum cum miris ornamentis intus et extra: et in medio fuit una ymago aerea deaurata cujus caput et manus cum palla nunc stat in Laterano et supra coperto celo aereo deaurato et arte mathematica compositum cum cursu omnium stellarum astronomiae facientium sicut in coelo naturaliter stellae solent: et tantum forma praedicti idoli erat grandis: quae mirifico pede lapis numi dicta supra posita capite tangebatur celum praedictum ornata mirifice ornamentis praecipue coronata nobilissime, quia sic totum orbem representabat: sic ornamentum suum habebat simile cum palla praedicta in manus quae. beatus Silvester iussit frangi: et ea dirupta fecit poni in palatio suo in Laterano.

Equi aerei deaurati et eburnei qui fuerunt Romae.

Equi aerei deaurati fuerunt XXII<sup>o</sup> et invenitur per civitatem in locis ornatis ubi stabant.

Equi eburnei septuaginta quatuor dispersi in locis: ubi causa magnificentiae positi erant: videlicet quos Constantinus errachii secum tulit pro majori parte: quando Siciliam Syracusasque ubi interfectus a suis familiaribus anno ejus quinto Saraceni postea venientes de Damasco in Siciliam et in Syracusas praedictas omnia ista tulerunt portantes.

Latrinae publicae in muris urbis centum et quinquaginta tres: quae

Cloacae quinquaginta s.

Aquae decem s.

---

\*) Ner. 31.

Campi decem: scilicet Viminalis. Sextus Agrippinus, Marcius, Contentanus, Neronianus dequanus Satarchus. Agonis.

Templa urbis Romae et memoria locorum: ubi et quomodo stabant.

Juxta palatium Neronis fuit templum Apollinis: quod hodie sancta Petronilla M. p. 290. G. p. 15. dicitur: et ibi iunctum est: ubi sanctus Andreas est: et fuit templum Vestae acarium Neronis: de quibus multa in scriptis et clara inveniuntur.

Apud Vaticanum mirificè nobilissimis ornamentis composita fuerunt s. vitro aere auro et aliis ornamentis: ut inferius patet in scriptis.

Vaticanum dicitur a vates graece quod latine sacerdos dicitur et canum a M. ib. G. ib. cano canis s. sacerdotum locus quasi divina officia canentium.

In almachia id est juxta sanctam Mariam cosmedinam: et est meta, quae M. p. 291. G. p. 16. ut dicitur fuit sepulchrum Remuli: qui mandato Romuli in Jano mortuus fuit: et de meta praedicta sicut iam dixi dubitoque non fuit Remuli per Romulum facta: quia illis temporibus Romulus et sui non erant tantae poenitentiae: aliam ethimologiam sibi non invenio de qua quidem facere poposci: sed sit quod vult, mirae pulchritudinis fuit in lapidibus marmoreis tubulata. de quibus tabulis ornatum et constructum fuit ornamentum sancti Petri per Constantinum constantem Imperatorem. habuit dicta meta circa sex gradus viginti: et altitudinis pedum decem cum platea Tiburtina et cloaca: et foro in opposito eius fuit Laborintum Neronis: quod aedificatum fuit super vestigia templi Jovis: de quo patet conca plateae in qua sacerdotes parassiti praedicabant illis temporibus in quibus laborintus postquam fuit destructus: et aedificatum fuit templum Dianae: et moles Adriana cum parte qui nunc adpraesens vocatur castrum sancti Angeli: ut inferius postea subsequetur, ut in epitaphiis apparet usque ad Crescentium Imperatorem: qui transtulit sibi nomen praedictum in castrum Crescentii: et usque ad hodiernum pervenit nomen: quod a beato Gregorio papa sic denominatum extitit castrum sancti Angeli.

Castrum sancti Angeli ut superius dictum est ab Adriano Imperatore factum M. ib. G. ib. fuit tantae altitudinis quasi ut nunc paulo plus et cum giris: sicut videtur: postea ornatum mire lapidibus et tabulis marmoreis et columnis: de quibus ut superius sanctus Petrus ornatum extitit: juxta quod Petrus apostolus martyrio coronatus est: et per totum ornatum cum cancellis et pavonibus aereis deauratus et ex diversis historiis per totum videbatur florere super dictas columnas erectas ab uno giro ad alium erant quatuor equi aerei deaurati in quatuor angelis inferioribus qui robusticitatem habere: et custodiam videbantur dicti castrum: in medio rotundi giri erat sepulchrum dicti Adriani porfiriticum: in quo et ossa posita erant maximo ornatu quem Innocentius secundus papa levavit hinc inde: et voluit sepelli: quod sepulchrum a dicto Innocentio positum fuit in paradyso sancti Petri sub salvatore musaico et navi apostolorum. In quatuor vero angulis erant quatuor portae aerae deauratae: per quas intrabatur de dicto templo in verticem ipsius castrum erat taurus aereus deauratus qui cum multis aliis ornamentis: de quibus in brevi narrare nequeo.

Denipnica sancti Petri in Almachia praedictus Innocentius papa ibi poni fecit translato sancto Stephano in pinea, qui a dicta pinea supersit nomen. et stetit in vertice cuiusdam tabernaculi unius idoli. quod erat in foramine templi Cybelis quae nunc sancta Maria rotunda vocatur et tempestas ventorum eande inde levavit et ad dictam plateam sancti Stephani transportavit post mortem Pauli Focae Imperatoris.

M. p. 291. G. p. 17.

Ad portam Flamineam scilicet hodie populi porta inter ripam et viam Tiberis Octavianus fecit fieri tempora quarti sui consulatus: quod adhuc apparet opus mirifice ornatum et opertum tabulis marmoreis: in quo iussit mortuo sepelli cum tabula aenea quae inter alia per eum gesta et notata memoriae digna gavisus inter omnia alia maxime gavisus essent Romam reperisse latericiam: et dereliquisse marmoream: quia in tempore suo Roma a quodam ignoto terream dereliquit in principio et incendio ignis tota fere combusta fuit: in quo incendio ipse fuit restorationis causa cum pulchriori aedificatione ornamentorum et inde translatus per Tyberium Caesarem in agulia sancti Petri una cum eo voluit reponi in eadem palla superius: et ibi ambo jacent.

M. ib.

Augusta Imperatorum id est Lausca vocabulis corruptis quae Octavianus ad resecandum expensas maximas sepulchrorum Imperatorum: in quo postquam in eum maxima ornamenta constituit, multa ibi sepulchra fecit: in quibus nullum erat aliud necessarium nisi scribere gesta funerorum in sepulchro praedicto: quibus sepulchrum cuilibet erat statua: quae non spectabat nisi denominari nomen defuncti: et scribere gesta per eum et in medio loci ubi sacerdotes scenici stabant ad eorum pertinentiam faciendum cum cathedra in qua idem Octavianus quando intrabat posset sedere si vellet donec sacrificia vel ceremoniae exercebantur: et ut reputaretur locus magnae nobilitatis iussit per totum mundum portare super illum locum cyrothecam terrae plenam idem Octavianus: et tanta fuit multitudo praedictae terrae ibi iussu praedicto posita, quod mons ibi isto modo factus extitit.

M. p. 292. G. p. 18.

Ante palacium Alexandri fuerunt duo templa, s. Florii et Phebai, ubi nunc est concha sancti Eustachii et fuit templum Bellonae deae: ubi scriptum litteris aureis fuit: Roma vetusta.

M. ib. G. ib.

Ad concham Pardonis fuit templum Gnei Pompei magnitudinis et pulchritudinis: quae concha translata fuit: et stat nunc in colliseo coram hospitali sancti Jacobi: et memoria templi non reperitur.

M. ib. G. ib.

Ad sanctum Ursum fuit domus secretarii Neronis Imperatoris scilicet prope sanctum Celsum.

M. ib. G. ib.

Ad palacium Antonini fuit templum divi Antonini et Faustinae.

M. ib. G. ib.

Ad sanctum salvatorem in aqiro fuit templum Aelii et Adriani pulcherrimum.

Ad campum Martis fuit templum principale Martis praedicti: ubi reponbantur rostra navium: et remorum quaecunque: ut temporibus necessariis pracliaretur cum iis contra inimicos patrios: ut etiam necessaria ad bella navalia et spectaculis representationum: ubi semper eligebantur consules qui exercebant officia ad kalendas Julii usque ad kalendas Januarii.

Etiam in campo Martio fuit templum Veneris: cuius vestigia non sunt nota: in quo fuit sepulta Julia filia Julii Caesaris. Ad quod templum cadaver Julii Caesaris fuit combustum iuxta tumulum Juliae praedictae: et postea positum in agulia

in foro publico: ut vult Suetonius \*) particulariter narrando de vita morte virtutibus et viciis ipsius.

Sub Capitolio a latere sancti Adriani fuit templum asili: vel exilium primum M. p. 293. G. p. 19. factum in urbe per Romulum: ubi nunc dicitur la ceccha vecchia: ubi Julius Caesar mortuus fuit: quod per tempora ante mortem Caesaris vocatum fuit aula senatorum propter magnam eius pulchritudinem: et quia erat in introitu Capitolii: senatores ibi reducebantur: quia sub capitolio erat.

Pantheon idest templum Cybelis: et sancta Maria rotunda hodie vulgariter nominata, nulli dubium ut patet in historia fuit constructa per industriam Marci Agrippae et ex pecunia aerarii. Lucius Septimus M. Aurelius et Antoninus pius restauraverunt eum ex omni cultu: ut per exhibita et epitaphia litterarum patet.

Retro dictum locum Pantheonis fuit templum Minervae Calcidiaec, videlicet M. p. 292. G. p. 18. vulgariter nunc est ecclesia sanctae Mariae in Minerva, quae area eadem et in ea manifeste patet.

Ad sanctum Marcum fuit templum Apollinis videlicet retro infra sanctam Mariam M. ib. G. ib. violatae et dictam ecclesiam sancti Marci: et vestigia adhuc sunt multa respicientia.

Ad Camilianum ubi sanctus Chiriacus fuit templum Vestae: ubi adhuc apparent M. ib. G. ib. vestigia et epitaphium.

Ad calcari fuit templum Veneris ubi adhuc apparent vestigia et epitaphium. M. ib. G. ib.

Ad monasterium dominae Rosae fuit oraculum Junonis et castrum aureum. M. ib. G. ib.

In Capitolio ubi stabant patres et consules ad gubernandam monarchiam M. ib. G. ib. mundi, facies murorum erat alta et divo auro: et argento intus et eboro mire operibus liquata. de qua nil aliud quam vestigia vilissimorum civium indiformium cum magna diffamia reprobatur in obprobrium famae eorum praedecessorum: quorum post obitum vigent virtute et mucebili fama.

Palacium arcis fuit mire operibus constructum scilicet muro et multis magnis M. p. 293. G. p. 19. operibus et ornamentis ex diversis marmoreis ut in memoria esset omnibus venientibus Romam videre volentibus in speculum: ut Cassiodorus \*\*) dicit inextimabilia fore.

Templa quae infra arcem fuerunt quae ad memoriam reducere possumus M. ib. G. ib. sunt haec:

In civitate arcis a latere portici Certiorum fuit templum Jovis optimi maximi M. ib. G. ib. id est sopra corte domna Mitima: quod adhuc satis de eo apparet et introitus vocatur Salvator in maximis.

A parte fori fuit templum Vestae et Caesaris, ubi cathedra erat pontificum M. ib. G. ib. Romanorum scilicet ubi Senatores posuerunt Julium Caesarem mortuum antequam sepelliretur in Iulia fori publici: et portaretur comburi in introitu Capitolii: iuxta forum fuit templum: asili et aula senatorum: quod nunc apparet iuxta sanctum Chiriacum et la ceccha vecchia de quo dictum est supra.

In alia parte arcis versus canapara fuit templum Jovis: et porticus Jovis. M. ib.

---

\*) Caes. 84.

\*\*) Var. VII, 15.

M. p. 293. G. p. 19.

In foro boario fuit templum Herculis ubi nunc sancta Anastasia quod primum templum in partibus ubi nunc est Roma aedificatum fuit: et adhuc apparet: ubi in eius morte suspensa clava est: quam ipse Hercules portabat: in manu cuius olphatu dum adorabant canes et muscae in templum intrantis ipso olphatu refiebant. foris, quod templum ipse fieri fecit in honorem partis quando cerachus fuit sibi boves ipsum sequentes in brandeae palis pastoralis Iperboreae filiae iuxta Campanam paludem.

In sancta Maria in ara coeli fuit templum Jovis feretrii, ubi Romulus primus suspendit spolia de triumphis suis et opima duxit: et ideo locus vocatus semper fuit ferreus a fero fers et palacium Octaviani semper dictum fuit in eodem ferfero semper denominatum.

M. ib. G. ib.

Postea simul iuncta ibi fuerunt duo alia templa Phoebi et Carmentis ubi Octavianus vidit visionem adventus Christi per Sibyllam Tiburtinam sibi monstratum.

M. ib. G. ib.

Ubi nunc est cameraria in Capitolio fuit templum Jani, qui custos Capitolini montis erat et prae omnibus locis mundi pollebat auro gemmis et sapientia ornatus refulgens.

Ubi nunc dicitur sancta Maria de porticu ibi supra ad ecclesiam Salvatoris in maximis fuit introitus portici Jovis: ubi ut dicitur fuit pergula quae producebat uvas aureas: et tria miracula ornamenta, quae vix scribere possem.

M. ib. G. p. 20.

Ubi nunc sanctus Basilius et vulgariter aquanae vocabulo corrupto fuit arcus Nervae et templum et oratorium: sicut adhuc apparent vestigia et epitaphium.

M. ib. G. ib.

Ubi columna mirae altitudinis et pulchritudinis vita totius historiarum Imperatorum Traiani ad sanctum Nicolaum ubi dicitur la melitoda hodie ex una parte fuit templum dicti Traiani ex alia autem divi Traiani ut in praedictis visa describitur.

In clivo argentario fuerunt duo templa Concordiae et Saturni mirifice constructa et ornata id est ad.

M. ib. G. ib.

In insula Litoma fuerunt quatuor templa videlicet in capite huius insulae templi Bacchi: et in fine ubi Bartholus sanctus templum Vespasiani ut adhuc apparent fundamenta et templum Jovis et Esculapii.

M. ib. G. ib.

In clivo setae Mariae in campo fuit templum Titi mirifice ornatum: et bene constructum.

M. ib. G. ib.

Ubi nunc est sanctus Basilius fuit adhuc templum Carpentis Euandri matris.

M. ib. G. ib.

In maiori foro Traiani fuit templum Sospitae deae.

M. ib. G. ib.

Ubi nunc est sanctus Chiriacus fuit templum Junonis: ut adhuc apparent intus in eo vestigia.

M. ib. G. ib.

In muro sancti Blasii fuit tabula aenea fixa: ubi scripta stabat amicitia perfecta et pertractata inter Romanos et Iudeos tempore Iudae Machabei: nunc ut vero recognoscamus cum pro fama et utilitate ac honore nostris oculis videre nec nocet nec prodest.

M. ib. G. ib.

Ante privatum momentum in adscesa partis fuit templum Martis videlicet ubi dicitur Marfudi et seta Martina idest Martis in foro in templum. iuxta ipsum fuit templum fatale publicum scilicet ubi setus Dionysius.

M. p. 294. G. p. 21.

Ad sanctam Martinam fuit templum Cereris et Telluris quod fuit duarum domorum per ornatum et circuitum partium columnatum altissimis columnis perornatum ut ii qui ibi sederent, undique ad iudicium viderentur.

Iuxta ipsam cannariam fuit palacium Catilinae prope: ut fuit locus unde M. p. 294. G. p. 21.  
Curtius armatus descendit in foveam: quia exinde Roma maxime per intus offende-  
batur cum malcha aëris corruptione videlicet ab torre de la certa hodie dicta.

Et hic fuit templum Vestae: et ibi iunctum huius memoria delata in totum M. ib. G. ib.  
templum Palladis: et legitur in legenda beati Silvestri.

Ibi iunctum fuit forum Caesaris et templum Jani ubi praevidebatur a prin- M. ib. G. p. 22.  
cipio Junii usque in finem omnia ad augmenta officialium.

Ibi iunctum cum arcu fuit templum Minervae et locus Inferni: ubi nunc est M. ib. G. ib.  
turris de la cerra: et superius decursus dicitur proiectus in eo.

Iuxta templum Faustinae et divi Antonini: quod sanctus Laurentius in nova- M. ib. G. ib.  
mento vocatur, est adhuc ecclesia sancti Cosmae et Damiani quae fuit aerarii Im-  
peratoris: et primo templum Latonae: unde denominatur arcus Latonae et non la-  
tronae ut vulgariter dicitur.

Iunctum fuit cum eo templum Pacis et sedes vel aedes senatorum et Ro- M. ib. G. ib.  
muli: quod cecidit, quando Christus vocatus vel natus fuit idest quando peperit  
virgo: ubi Caesar Augustus mortuus a senatoribus positus fuit.

Iunctum fuit cum eo templum Martis: quod Romuli dictum erat ibi infra M. ib. G. ib.  
sanctam Mariam novam fuerunt duo templa scilicet Concordiae et Pietatis.

Ubi ibi vel iuxta arcum Titi Vespasiani: Qui dicitur VII lucernarum. ubi fuit M. ib. G. ib.  
templum edislai dictum bibliotheca: de quibus fuerunt Romae viginti octo: quarum  
memoria non est plus.

Superius fuit templum Palladis ubi nunc dicitur la pagliara: et templum Iovis M. ib. G. ib.  
in quo fuit Silae arcus quod Diomedes respondit: quando.

Iuxta palatium fuit templum Iuliani apostatae Imperatoris: in quo fulgure M. ib. G. ib.  
mortuus fuit propter nequitas: et tristitias quas faciebat.

In fronte palatii huius fuit templum principale Solis: ubi antiqui ad cende- M. ib. G. ib.  
bant ancillas adestia quod vocabulum non comprehendo.

In eodem palacio fuit templum Iovis qui locus vocabatur casa maior vel M. ib. G. ib.  
casanarii.

Ad sanctam crucem in Iherusales fuit templum Veneris et Cupidinis: de qui-  
bus templis non licet me aliter dicere: nec largius extendere: quia non essent  
dominis presbyteris grata ostensionem sed legentes Ovidium de fastis possent me  
habere excusatum in suo volumine tractantem ad plenum.

Ubi nunc est sanctus Caesarius fuit auguratorium Caesaris. M. ib. G. ib.

Ante Colliseum fuit templum Solis: ubi fiebant cerimoniae simulachro adstante M. ib. G. ib.  
in medio dicti Collisei cum corona in capite aurea et palla in manu ad represen-  
tationem totius orbis, ut supra dictum est.

Ad septem solia fuit sedes omnium septem scientiarum et posito quae ali- M. ib. G. ib.  
qui velint dicere templum Solis fuisse: vel domum Severi Afri: sed derivatio sua  
est septem oarium scilicet septem omnium scientiarum domus: et sic creditur et  
affirmatur per diaconum Aquilegiensem.

Iuxta quod fuit templum Solis et Lunae ac etiam templum Fortunae: quorum M. ib. G. p. 23.  
non multum scribo: quia fuerunt modicae reputationis: quia fuerant de tuguris  
Romuli.

In albescon fuerunt templa Vari et Comodiani s. ad sanctam Priscam.

- M. p. 294. G. p. 23. Ubi sanctus Sabba fuit templum Apollinis: et ibi stetit eius archa id est Apollinis et Splenis: et silva arae Apollinis: ubi fuit tugurium Faustuli: ubi Romulidae mansitaverunt.
- M. p. 295. G. ib. In Coelio monte fuit templum (*sc. Scipionis*).
- M. ib. G. ib. Ante thermas Maximinas duae conchae et duo templa id est Isidis et Serapis.
- M. ib. G. ib. Ad templum et palacium Lateranense fuit templum dicti Constantini antequam esset baptizatus.  
Ubi studium sancti Gregorii fuit camera propria: et ibi est concha in qua Constantinus baptizatus fuit et stat adhuc et est paragonis et fuit sancto Silvestro baptizatus.
- M. ib. G. ib. Ubi est titulus sanctae Mariae in Suriano fuit templum Iherculis.
- M. ib. G. p. 24. Ad Esquilinas fuit templum Marii quod fuit ad Cymbros ante sanctum Eusebium: et sanctum Iulianum cuius vestigia adhuc apparent.
- M. ib. G. ib. Ad palacium Lucini ubi sancta Balbina fuit templum Honorii et Dianae.
- M. ib. G. ib. Ubi sanctus Petrus ad vincla fuit templum Veneris et domus Octaviani.
- M. ib. G. ib. Ad pergulum Dioclitiani fuerunt duo templa scilicet Alexii: Saturni. Martis et Apollinis.
- M. ib. G. ib. Ad modum capitis trenii fuit templum Veneris: et ibi iunctum fuit palacium Tiberii: et adhuc est memoria idolorum: et ibi fuit aliud palacium Constantini supra vel iuxta sanctos apostolos in loco qui dicitur la mesa cum multis vestigiis.
- M. ib. G. ib. In Coelio monte fuit templum Iovis et Dianae: quae templa amplius non videntur propter plantationem vinearum et aedificiorum destructionem.
- M. ib. G. ib. Ad thermas Olympiadis fuit captus beatus Laurentius ante templum Apollinis idest ad sanctum Laurentium panispernae.
- M. ib. G. ib. Ante palacium Traiani Vulpii fuit templum Iugurtinum: et templum Mercurii: ubi mercatores delectabantur in eorum auguriis: et hoc fuit in campo cocleo a latere columpnae dicti Traiani.
- M. ib. G. p. 25. Ad arcum stadii et domos Syllae et Auriolae fuit templum Iovis et palacium Lentuli: in quo palacio multa magnalia facta fuerunt.
- M. ib. G. ib. Ex alio latere ubi nunc est turris centi de orrigo fuit aliud templum Bacchi: ubi et plurimum omnes sacerdotes eidem deo delectabantur plus quam in aliis locis sacrificare scilicet vinaticii sacerdotes cum magnis vasis: et ibi forum vini ad contemplationem ipsorum: et dictum fuit forum vinarium: in quo proles maxima denominata vinariorum erat.
- M. ib. G. ib. Ad gradellas fuit templum Solis et non fuit de ea multa mentio facta: quia per ipsum aedificavit non multum dives in eo tempore fuit: et constituit illud in parvam rem: et est nunc quasi memoria.
- M. ib. G. ib. Ad sanctum Stephanum rotundum proprie fuit templum Fauni quod a bono duce Romuli factum pro eius tempore: et adhuc multum apparet.
- M. ib. G. ib. Ad elephantum fuit templum Sybillae et Cicronis.
- M. ib. G. ib. Ad Salvatorem Maximinorum ut superius dictum est fuit porticus Iovis ubi pergula scilicet vitis quae producebat uvas aureas ibi erat ut dicitur et templum Iovis optimi maximi, et vocabulum est corruptum: quod hodie dicitur Salvatore in Maximinis: et valde representat vestigia sua.



Ad sanctum Angelum in foro piscium fuit templum stemanum: ubi omnes M. p. 295. G. p. 25. scripturae in authenticatione reponerantur: et non reputabantur autenticae: nisi primo ibi approbarentur.

Ad sanctum Georgium in transvicum veli aurei fuit templum Minervae: et de M. ib. G. ib. eo non sunt vestigia nisi per conceptum.

Ad pontem Iudeum fuit templum Fauni aedificatum per familiam Fabiorum M. ib. G. ib. domos, quod fuit in platea luce de Sabellis: et ubi nunc Sabellii in urbe habitant.

Ad canavari in arenula fuit templum Craticulae ubi Mancini describebantur: et nunc dicitur lochever: et eius introitus fuit: ubi est nunc sanctus salvator: et magnum tempus fuit dictum templum Mancinorum.

Ad sanctum Stephanum in piscina fuit templum Cromacii praefecti iunctum cum M. ib. G. ib. palacio suo: quod vocatum fuit oleriticum ex crystallo et auro arte mathematica compositum cum astronomia perfecta cum omnibus signis coeli: quod sanctus Sebastianus destrui fecit filio dicti Cromacii.

Ad sanctam Mariam transtiberim fuit templum Ravennanum in quo remanebant G. ib. omnes servientes in senatu: in quo quando Christus natus fuit: oleum de terra ibi emanavit: et fluxit ad flumen Tiberis.

Sub Ianiculo fuit templum Gorgonis: iuxta quod vel in eo sepultus fuit Numa G. ib. Pompilius II rex Romanorum.

---

Sed, antiquitatis memoria relicta, ad praesentis anni mentionem veniendum est. Instat enim universitati nostrae litterariae, **Divi Alexandri Primi** auspiciis conditae, **Nicolai Primi**, Imperatoris Augustissimi, fraterna cura conservatae, insignique munificentia auctae dies festus ob lustrum decimum feliciter peractum laetissimus. Quamobrem solennia anniversaria, quibus simul ex instituto Summi Conditoris praemia victoribus certaminis litterarii proposita sunt, biduo publice celebrabuntur. Eam igitur solennitatem, in dies XII et XIII mensis Decembris agendam, ut prompto gratoque animo prosequi velint, qua par est observantia indicamus omnibus, qui rebus nostris prospiciunt et consulunt meritissimis, indicamus civibus academicis, qui fuerunt ab origine inde universitatis, pia studiorum suorum memoria nobis coniunctissimis, qui nunc sunt humanissimis, indicamus denique quibuscunque litterarum artiumque studia cordi curaque sunt, quotquot et in his regionibus et apud exteros versantur, singulis universisque.

---